

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

De Vera Notione Vocabuli Pneyma In Cap. VIII. Epist. Ad Romanos

Commentatio 2

[Jena]: Fickelscherius, 1777

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn819246530>

Band (Druck) Freier  Zugang 



Fe. 1399^{1,2.}



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn819246530/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn819246530/phys_0003)

DFG



2.

DE VERA NOTIONE
VOCABULI ΠΝΕΥΜΑ
IN CAP. VIII. EPIST. AD ROMANOS
COMMENTATIO ALTERA
OVA
DIES PENTECOSTES
PIE SANCTEQVE CELEBRANDOS
INDICIT
ACADEMIA IENENSIS.



EX OFFICINA FICKELSCHERRIA
1800

DEI GRATIA
CAROLVS AVGVSTVS

DUX SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM
ANGARIAE ET GVESTPHALIAE LAND GRAVIS
THVRINGIAE MARCHIO MISNIAE COMES PRIN-
CIPIS DIGNITATE HENNEBERGAE COMES MAR-
CAE ET RAVENSBERGAE DYNASTA RA-
VENSTEINII REL.

RECTOR ACADEMIAE IENENSIS
MAGNIFICENTISSIMVS

S. D.

C I V I B V S

In eruenda declarandaque notione, quae vocabulo *spiritus* in octavo epistolae ad Romanos capite subjecta sit, progres-
si sumus anno praeterito vsque ad comma segmenti hujus decimum tertium. Vicimus autem justis argumentis, in ea capitilis hujus parte, quam explicatam jam dedimus, ubique, si a comm. secundo atque a decimo discedas, πνευμα significare nouam illam atque ad legis divinae prae scriptum conser-
matam mentis indolem, quae per Euangeliū, quo tanquam instru-
mento suo in emendandis hominib[us] animis vtitur Spiritus Sanctus,
procreatur. Hanc esse vocabuli hujus potestatem comm. I-VIII,
nemo facile erit, qui in dubium vocare ausit. Cum vero comm.
IX-XVII, nihil aliud propositum sit Apostolo, quam vt ad Romanos
suos lectores transferat ea, quae de hominibus vel οὐτα σάρκα vel
οὐτα πνευμα oītī generatim antea differuerat; efficitur, eandem vim
vocabulo tribuendam esse in posteriori hac pericopa, quam in priori
illa

illa commentatores admittunt tantum non omnes. Quam ob rem, alisque de causis suo loco indicatis, formulas: *spiritus Dei habitat in vobis*, vs. 9. *Christi spiritum habetis*, ibid. et, *spiritus eius, qui Iesum e mortuis suscitauit, habitat in vobis*, vs. 11. ita interpretati sumus, ut synonymas eas esse statuerimus cum phrasi comm. s. obvia, *τα τη πνευματος Θεοντε*, siue ea mente voluntatisque indole praediti estis, quae homines Christianos decet, et qua Christus ipse adfessus erat. Nam aye videamus, quoniam sensu vocabulum *spiritus* in iis commentibus, quae examinanda nobis restant, a diuo Paulo usurpatum sit.

Vt Romanorum animos eo vehementius ad sanctitatis studium incitaret, eosque a pristina illa paccandi confuetudine abstraheret, exigua praemia, quae omnes *τα του πνευματος Θεοντας* nec *κατα σαρκα* verum *κατα πνευμα* *ζωτας* manent, in nimum eis comm. XII. XVII. reprocauit. Ei *κατα σαρκα ζητε*, inquit Comm. XIII. *μελλετε αποθησαι ει δε πνευματι τας περιττες του σωματος θανατουτε*, *ζητεθε*. Opponuntur sibi inuicem *κατα σαρκα ζην* quod idem est ac *κατα σαρκα περιττειν* vs. 4. et *πνευματι τας περιττες της σωματος θανατουτι*. Hoc itaque recte explicabimus per *κατα πνευμα ζην* siue *περιττειν*. Alius seu opera *corporis*^{*)} sunt adiunctiones prauae, tum eae, quae membris corporis perpetrantur, tum eti m eae, ad quas incitant nos corporis motus peruersi, cuius generis sunt actiones libidinosae, quibus subra omnem modum deditos olim fuisse Romanos, tam aliunde quam e cap. I. 24-27. constat. Ad has Paulum h. 1. praecipue respexisse, a veri similitudine neuti-

A 2

quam

*^o Pro *σωματος* legunt *σαρκος* codices graecolatini quatuor et Patres latini post Tertullianum plerique. Sed graeci omnes, inde a Clemente alexandrino et Origene, constanter habent *σωματος*. Quare dubitari vix potest, *carnis* esse glostema antiquissimum hominis inter latinos viuentis, quod vel graeco textui codicum occidentalium insertum, atque hinc in translationem latinam illatum sit, vel ab interprete latino vetustissimo in versione sua ad sensum declarandum positum fuerit, ac possea, vt alia nonnulla licet pauca, ejusdem generis glossemata in textum graecum codicum graecolatinorum irrepserit.

4

quam abhorret. Conferri meretur locus ad Coloss. 3. 5. νεκρωστας
(vt nostro loco θανατητε) τα μελη υμων τα επι της γης, πορειαν,
αναθαυσιαν, παθος etc. vbi paulo post additur vs. 9. exuite veterem
hominem, cum πειζεις ejas. Hae πειζεις του σωματος per-
muntur, nouus cum induitur homo, sive, vt ad nostrum locum re-
deamus; necantur spiritu; hoc est, illa animi indeoles, qua veri no-
minis Christiani cernuntur et qua a carnalibus hominibus differunt,
efficit, ut istis ad peccandum illecebris non succumbant, sed turbu-
lentias illas et inordinatas sive corporis sive animi commotiones com-
pescere atque reprimere valeant, nec in actus erumpere eas patian-
tur, quo sit vt sensim stimulorum istorum vis atque impetus frangatur
ac imminuat, adeo vt incitamenta ad peccandum in dies siant et
rariora et debiliora. Πνευμα enim quod fidelibus inest, tum rationes,
mouentes tum etiam vires suppeditat, ad irrita reddenda omnia cu-
piditatum ad peccandum lenocinia. Continetur enim *spiritus* ille sine
noua hominis christiani indeoles (nouus homo, Col. 3, 10.) vera et
viua in Deum et Salvatorem nostrum optimum fide, sincero erga
Deum amore, grata ac perpetua beneficiorum, quibus Deus per Christus
nos cumulauit, recordatione, assiduo pietatis sanctitatisque stu-
dio, implacabili adversus omne id, quod legi diuinae adveratur,
odio etc. Tali qui praeditus est *animo*, is profecto consentire nequit
peccato, sed omnibus πειζεις του σωματος bellum indicit perpetu-
um, easque enecat. Nam *spiritus* hic, teste Paulo Gal. 5, 17. ἐνθυ-
μει κατα της σαρκος: h. e. ea, quae *spiritus* cupit, prorsus contra-
ria sunt cupiditatibus carnis; quamobrem, si homo πνευματι πε-
ιπατει, si ea, quae *spiritus* cupit facit et hujus di amini obtem-
perat, neutquam την ἐπιθυμιαν σαρκος perficiet, (ibid. 16.) sed
carnem una cum παθηματι et ἐπιθυμιαι ejus (i. e. cum πειζε-
σι της σωματος) crucifiget (ibid. vs. 24.) Quicunque, ait Ioannes
epist I. cap. 3, 9. ex Deo natus est, peccatum non commit-
tit, (sed τας πειζεις του σωματος θανατοι,) quia semen Dei in
eo manet (sive, vt cum Paulo nostro loquamur, quia *piritus Dei*
et *Christi* in ipso habitat:) immo ne peccare quidem potest, ideo
quod ex Deo oatus est. Atque hujus generis homines, vt Paulus in fine commatis nostri testatur, *vivent*, i. e. felicissimi erunt
et aeternis praemiis a Deo afficiantur. Hac autem futurorum

prae-

praemiorum spe vt eo majorem alacritatem Apostolus adderet Romanorum animis, tum certissimam futurae felicitatis rationem tum immensam ejus magnitudinem inde comprobat enim. X. V. quod homines πνευματιοι, haec tenus descripti, sunt filii Dei. Ita enim argumentatur Paulus: Si ope spiritus, qui vobis inest, a quibuscumque peccatis vos abstinetis, ἔστε θεοί, comm. 13. Quicunque enim spiritu Dei aguntur, filii Dei sunt, comm. 14. 15. 16. Si autem filii estis, haeredes etiam estis; haeredes scilicet Dei, et cohaeredes Christi, comm. 17. Ergo θεοί, comm. 13. et δοξαθησόμενοι τῷ χριστῷ, comm. 17.

Quid sit spiritu Dei agi, intelligitur primum e phrasē ἀγένθας ἐπιθύμιας πονηλας. 2 Tim. 3, 6. prauis cupiditatibus agi; deinde e loco parallelo Gal. 5, 16. 17. 18. εἰ πνευματι ἀγένθε, οὐκ εἴ ὑπονομον, vbi spiritus carni sive vitiostati morali in hominibus impiis regnanti opponitur, et, per contextum, spiritualem hominis regenti indolem donat, quae sese manifestat per bona opera, quippe quae sunt fructus spiritus, ibid. vs. 22. coll. opera carnis, vs. 19. Hac phraseos significatio porro confirmatur e loco Ioanneo, vbi hoc filiorum Dei criterium proponitur: πας ὁ ποιῶν τὴν δικαιοσύνην, e Deo natus est, 1 Epist 2, 29. et cap. 3, 10. Hac re dignosci possunt filii Dei et filii diaboli: πας ὁ μὴ ποιῶν τὴν δικαιοσύνην, non est e Deo natus. Itaque, spiritu Dei agi, interprete Ioanne apostolo, est ποιεῖν τὴν δικαιοσύνην, seu animum genuino Christi discipulo dignum factis probare et serio pietatis studio duci, sive, vt Paulinas formulas ad ibeamus, κατὰ πνευμα περιπατεῖν 1 ζην. Idem docet phrasum a Paulo adhibitarum inter se comparatio. Nam ad duobus seu normam spiritus (ΚΑΤΑ πνευμα) vitam actionesque omnes diri ere, (περιπατεῖν) quid quaeſo hoc est aliud, quam Dei spiritu agi atque duci? Quid, uisi ὑπάκουειν τῷ πνευματi? Nam quemadmodum Paulus cap. 6, 1. in hominibus σαρκινοις regnare innuit τηνάντηας εἰ τὸ ὑπάκυειν αὐτῇ, ita simili ratione dicere licet, in πνευματινοις sive regenitis βασιλευει τὸ πνευμα, εἰς τὸ ὑπάκυειν αὐτῷ, id est, πνευματi αγοντα. Oinnem vero dubitationem tollit orationis contextus et continuatio. Felicissimos futuros esse eos, qui spiritu adest corporis enēcant, inde probat Apostolus, quia Dei filii (ad)eoque haeredes quoque, hinc felicissimi sunt, quicunque Dei spiritu aguntur.

aguntur. Manifestum est, neruo atque vi carere argumentationem Pauli, nisi *spiritu Dei agi*, et *spiritu astus corporis coercere* phrasēs sint *synonymae*. Hinc vero perspicue colligitur, id quod aliis argumentis jam euiciamus, vocabulo *spiritus* in utraque formula eandem subesse vim atque potestatem. Sed conferamus etiam comma sequens XV. in quo apostolus docet, recte procedere istam argumentationem comm. 13. et 14. verumque esse axioma illud, quod filiorum Dei dignitatem asserit iis omnibus, qui *spiritu Dei* aguntur. Probat hoc ex ipsa *indole* ejus *spiritus*, quo aguntur. *Spiritus*, inquit, quem accepistis (et quo agimini) non est *spiritus servilis* (*πνευμα διλειας παλιν εσι Φοβον*) sed est *spiritus filialis* (*πνευμα ινοθεσιας*). Cum igitur arctissimo nexus cohaerat comma 14. cum comm. 15. eadem notio necesse est subjecta sit vocabulo *spiritus* in utroque commate, nonumque e commate s. robur accedit nostrae commatis 14. interpretationi. Quid sit *πνευμα διλειας*, intelligitur ex aliis phrasibus haud ad similibus in saeculo codice obuiis v. c. *πνευμα πορειας εν αυτοις εσι*, Hos. 5. 4. *πνευμα καταγυζεως*, Rom. 11. 8. *πνευμα πεσατος*, 1 Cor. 4. 21. Gal. 6. 1. *πνευμα δειλιας* et *πνευμα δυναμεως και αγαπης και τω Φρονισμω* 2 Tim. 1. 7. in quibus omnibus *πνευμα* denotat eum quo quis affectus est, animi sensum; scilicet animum libidinosum, torpentem atque stupidum, mansuetum, timidum ac formidolosum, fortem sive intrepidum, benevolentem, sobrium. Absque dubio igitur *spiritus servitutis in timorem* designat animum seruili metu praeditum. Veram esse hanc interpretationem valide colligitur ex adjuncto *παλιν*. Olim, ait Apostolus, seruorum more Deum timebatis, atque vel iram numinis, cuius sanctissimas leges peccando violaueratis, vestro jure ac merito expanebat, vel solo boenarum metu a peccando abstrebamini; nunc vero longe alia atque praestantior vestra est et indoles et conditio. Vos enim, qui Iesum Christum vera fide amplexi estis, seruulis iste metus jam non angit, sed ita erga Deum, ut filii bonaie iudolis erga parentes iuos indulgentissimos, adfici estis. Accepistis *πνευμα ινοθεσιας*, quod (vt clarissime iam patet ex opposito) continetur tum obedientia tali, quae non ex metu poenarum, sed ex sincero erga Deum, benignissimum Patrem nostrum, amore proficiuntur, tum fiducia in Deo collocata plenissima, quae tanta est, ut Deum O. M. patrem nostrum compellare haud vereamur,

ac

ac quaevis bonorum genera considerenter ab eo et poscere et exspectare
audeamus. Atque hoc πνευμα φιλοσοφιας est idem spiritus Dei vs. 14.
quo qui aguntur, certissime Dei sunt filii. Nam ipsa hujus, quo fideles
reguntur, spiritus, quippe a Deo ipsis dati (έλαβετε) et per verbum Dei
coelitus reuelatum procreati. filialis indoles, indubium est iudicium et
locupletissimus quasi testis, Deum nos habere pro filiis suis. Hinc
Paulus commate sequente XVI. pergit: αὐτὸ το πνευμα συμαρτυρεῖ
τῷ πνευματι ἡμῶν, ὅτι ἐσμεν τένα θεοῦ. Sententiae hujus, a
multis perperam intellectae, verum sensum facilis negotio iudicabili-
mus, si ad ratiocinationis Paulinae seriem atque consecutionem ani-
mum aduertere velimus. Est vero, ut breuissime nam repetamus,
haec: Si peccatum vincetis, ope spiritus in vobis habitantis, felices
eritis, us. 13. Nam Dei filii (hinc us. 17, felices) sunt, quotiquique diui-
no spiritu animantur, us. 14. Nam filialis est ille, quo per Dei gratiam
praediti es sis, spiritus us. 15. Igitur ipse hic spiritus abunde docet,
filis vos esse annumerandos, us. 16. Optime hunc ratiocinationis
nexum atque ordinem perspexit auctor interpretamenti, sensum egre-
gie illustrantis, quod in textu graeco codicis Claromontani legitur.
In hoc scilicet libro commatis nosti initio ως praefigitur: ως αὐτὸ
τῷ πνευμα συμαρτυρεῖ καὶ λ. Satis bene, si ad consecutionis de-
clarationem spectes; sicut perperam in textum irrepsisse hoc interpre-
tamentum vitro fateamur. Postquam enim Paulus enunciationem,
quam us. 14. perscripsisset, perspicuo quodam argumento confi-
asset us. 15. jam us. 16. insert, veram atque certam esse illam enuncia-
tionem. Quae si ita sunt, το πνευμα συμαρτυρεῖ non potest non
idem ille spiritus sive animi sensus esse, quo fideles aguntur us. 14.
hoc est, quo filii erga parentes suos effecti esse solent. Eo autem
magis retinenda est haec vocabuli significatio, quod in antecedenti-
bus, quibuscum comma nostrum indissolubili vinculo connectitur,
constat ea obtinet, nne vlla apparet causa, cur ab ea hoc loco dis-
cedamus. Nec si Spiritus Sancti personam indigitare hic voluisse:
Apostolus, scripsisset: αὐτὸ το πνευμα, quo ad antecedentia se re-
spicere haud obscure innuit: verum καὶ το πνευμα το ἀγιον vel πλην
το πνευμα το ἀγιον συμαρτυρεῖ, ut intelligere possent lectors, aliam
hic esse vocabuli πνευμα potestatem, nouumque hinc commate et di-
uersum ab eo quod us. 14. et 15. propositum vidimus, indicari crite-
rium.

—

riam, e quo cognoscere possent Romani, Dei se esse filios. Συμ-
μαρτυρεῖ τῷ πνευματὶ ἡμῶν nihil significat aliud, quam συμμαρτυ-
ρεῖ ἡμῶν. Συμμαρτυρεῖν vero positum est pro μαρτυρεῖν, vt Röm.
2, 15. cap. 9, 1. Apoc. 22, 18. et Ierem. 1, 7. apud τοὺς δέ, atque
recte a vulgato interprete vertitur: testimonium reddit, h. e certo
nobis est indicio ac argumento. Ut enim tam in antecedente oratione
quam aliis in locis saepe προσωποποιεῖ vtitur Apostolus, atque tum
de ἀμαρτίᾳ ἐν ἡμῖν οἰκεῖται tum de πνευματὶ tales frequentat locu-
tiones, quae proprie non nisi de rebus animatis vſūpari solent; ita
hoc quoque loco pium illum regenitorum sensum, cuius sibi confici
sunt quemque factis etiam probant genuinile Christi lectatores, te-
stem quasi producit de νιόθεσια ipsorum, fide dignum. Eandem
fere rem aliis verbis, paullo clarioribus, Ioannes describit 1 Epist. 3,
24. et cap. 4, 13. ἐν τοῖς γηγενοῦσιν, ὅτι πλεῖται ἐν ἡμῖν, ἐκ του πνευ-
ματος, οὐ δύναται εἶναι, vt loco posteriori legitur: ὅτι ἐκ του
πνευματος αὐτοῦ δύναται ἡμῖν. Πνευματικοὶ in his etiam locis acci-
pi debere de animi sensu, et quidem de tenerrimo amoris erga fra-
tres affectu, quo filii Dei coelestem Patrem suum imitantur, recte
perspexerunt HAMMONDV, BEAVSOBRIVS et LENFANT, BENSONIVS
ad cap. 4, 13. b. ZACHARIAE, aliique. Conferri etiam possunt ejus-
dem epistolae cap. 2, 29. et cap. 3, 10.

A commate XVIII. vsque ad comma XXV. vocabulum πνευμα
semel tantum occurrit, comm. XXIII. vbi τὴν ἀπάξχην του πνευμα-
τος ἔχοντες commemorantur. Sed cum segmentum hoc cum reli-
quis capitis hujus commatibus, in quibus spiritus mentio fit, arctiori
nexu hand copuletur, atque loci istius intelligentia pendeat a signi-
ficatione vocabulo κτιστος vs. 19. tribuenda; quae res altioris est in-
dagine quam vt paucis a nobis, aliud jam agentibus, expediri
queat: praetereundum esse censemus locum hunc, et ad comm.
XXVI. et XXVII. pedem promouemus.

Apostolus Christianos, variis miseriarum et aerumnarum gene-
ribus in hac vita pressos, erigit solatio inde defumto, quod *spiritus* in
afflictionibus istis opem nobis ferat, et, quanquam ipsi nesciamus du-
biique haecreamus quid a Deo in hisce angustiis precibus expetere nos
deceat,

deceat, causam nostram apud Deum tacitis agat suspiriis, et deprecatoris quasi munere fungatur; Deum enim, qui intimos cordis recessus scrutatur, plenissime quid *spiritus* occulte suspirans efflagitet perspectum habere, piisque ejus votis annuere clementer, quoniam *spiritus*, pro Christianis velut intercessoris vices agens, nihil postulet, quod sapientissimae diuinae voluntati repugnet. Ut de sensu difficultioris hujus loci, in quo plerique interpres πνευμα vel de Spiritus S. persona vel de ea operatione ejus, qua tum ad orandum nos incitat tum preces nobis suggredit atque dictat, accipiunt, eo certius constare nobis possit, monere juuabit 1) veri admodum esse simile, Apostolum respicere hic ad ea quae supra comm. 16. de spiritu testimonium nobis perhibente scripserat. Fatentur hoc omnes fere commentatores, qui utrumque locum, cum nostrum tum illum, de Spiritus S. persona et operationibus interpretantur. Quidni mutuum hunc locorum inter se respectum nos quoque agnoscimus, licet priorem illum aliter intelligendum esse statuamus? Deinde 2) perquam probabile est, nisi graves in contrariam partem afferri queant rationes, eandem potestatem, quam vocabulo πνευμα, in priori capituli nostri parte toties recurrenti, firmis argumentis vindicauimus, hoc quoque loco tribuendam ei esse. Iam 3) si comma 27 in se spectemus, nec pro concessio sumamus, explicandum id esse e commate 26, id quod nullo modo in oraculi hujus interpretatione fundamenti loco ponni potest, cum aequo jure nos commatis 26 sensum e clariori commate 27 eruendum esse contendere queamus; si igitur verba ὁ ἐγενιών τὰς καρδίας οἰδε, τι το Φρονήμα του πνευμάτος spectentur in se, dubitari non potest, commode το Φρονήμα του πνευμάτος explicari posse de desideriis animi regeniti*), qui variis calamitatibus, quibus Christi discipuli obnoxii sunt, in angustias redactus quo se vertat haud inuenit, et quid hac quidem rerum facie optimum sit ignorans, conceptis verbis preces ad Deum fundere, aut, vt ex angustiis illis eripiatur postulare, non audet, sed occultis tantum suspiriis diuinum implorat auxilium, modum vero et tempus auxillii Deo permittit **). Deus vero, cordium scrutator, tacita ista suspiria, vtpote voluntati suae plane con-

B

sentanea,

* Hinc interpres nonnulli, qui comma 26. de Spiritu Sancto ejusque operationibus explicant, tamen comma 27. de animo hominis per Euangelium emendati exponunt; et quorum numero unum nominasse sufficiet ERNESTIVM V. V. in *nenele theolog. Bibliothek* vol. 2. pag. 222.

**) Confer omnino egregiam THEODORETI explicationem hujus loci.



fentanea, audit. Οἰδε τι Φροντίς τε πνευμάτος idem est ac οἰδε φροντίς το πνεύμα. Φροντίς autem est Σητεία, Col. 3, 2. coll. vs. 1. siue Σέλενη. Hinc Hesychius Φροντίς interpretatur βλῆμα, θελημα; et vulgatus interpres bene h. l. reddidit: quid desideret spiritus. Atque hanc significacionem συναφεῖς orationis omnino postulat. Nam φροντίς τον πνευμάτος continetur σεραγμόis illis ἀλαλητοis vs. 26. quibus spiritus intercedit pro nobis, τι προσευχοῦσθαι καθο δι ignorantibus. Ἀλαλητοι vero dicuntur non quod verbis exprimi nequeant, sed quia voce non proferuntur et immo pectori studiose occuluntur *), ne scilicet talia forte precemur, quae voluntati diuinæ aduersentur. Hos σεραγμόis, hoc φροντίς τε πνευμάτος Deus εἰδε, non nouit solum, verum, vt patet e contextu, audit etiam. Rei hujus ratio, vna cum vberiori loci nostri illustratione, peti potest e commate 5. 6. et 7. Homines σαρκισ legi voluntatique diuinæ non obtemperant nec res aduersas patienter ferunt, sed, si forte precibus Deum adire dignentur, clamoribus eum quasi obtundunt, et vt citissime omni eos liberet pericuio, flagitant. Nam φροντίς της σαρκός, et ea quae sensibus grata sunt vnicē appetunt. Contra vero οι κατα πνεύμα ὄρtes, in quibus habitat quosque agit το πνεύμα θεος καὶ χριστός; hi φροντίς τα τα πνευμάτος, et in rebus aduersis aequē atque in secundis toto animo in ea ferantur, quae Dei voluntati cosentanea sunt. Hinc, calamitatibus afflitti, Christi ad exemplum processus suas componunt: Pater, si fieri potest, transeat a me iste calix; verum tamen, non quod ego volo, sed quod tu vis. Tale cum sit το φροντίς τε πνευμάτος, occultis suspiriis sese prodens ei qui absconditum animi desiderium nouit, non potest non Deo gratum esse. (coll. vs. 8.) Quare, quemadmodum το φροντίς τον πνευμάτος generatim fons est verae felicitatis, vs. 6. et non solum anima propter διωσούσης vitam beatam aeternam viuet, vs. 10. verum corpus quoque propter πνεύμα in nobis habitans olim resuscitabitur: vs. 11. ita etiam suspiria fidelium, quae velut interpres sunt το φροντίς το πνευμάτος, propter hoc πνεύμα siue filiale animum gratiose a Deo audiuntur. Quid igitur mirum, Paulum elegantissima metaphora hoc πνεύμα νοθεῖσας, ENΩI KPAZOMEN ἔρθε ὁ πατέρης vs. 15. intercessorem nostrum apud Deum appellare? Intercedit scilicet pro nobis, cum Deum mouet, vt nostris precibus, immo tacitis etiam suspiriis, benignissime annuat, nobisque, calamitatibus paene oppresolis, ea ratione quam ipse optimam et nobis vtilissimam esse scit, opem ferat ΔΙΑ το ἐνοχού αἴτοι πνεύμα εἰς ἡμῖν, vs. 11. Atque hinc porro intelligitur, quonam sensu idem hic spiritus dici possit comm. 26. συνεντιλαμβανεσθαι (h. e. αὐτιλαμβανεσθαι) coll. vs. 16. Luc. 10, 40: et Ps. 88. 21. apud τας ὁδούσις ἡμῶν, id est ἡμῖν, εἰ τας ὁδούσις ἡμῶν: nempe intercedendo pro nobis, nostramque causam ea, qua mox dicebamus ratione, apud Deum agendo. Ad stabilienda ea, quae hactenus disputauimus, notamus (4) Paulum loqui cum Christia-

*) Vid. LAMBERTII Bos exercitationes philologicae. Francqueriae 1713. pag. III. atque conf. Exod. 14, 15.

Christianis, qui variis παθημασι et aduersis casibus conflictantur vs. 17.
 18 - 23. 25. (ὑπογονη) 28. (πατερ h. e. etiam τα παθηματα) et 35. 36. De miseriis igitur accipienda sunt αἱ ἀσθετικαι commata nostro 26. non autem, vt multis visum fuit, de virium humanarum in rebus spiritualibus defectu; quae falsa interpretatio erroneous totius hujus loci explicationibus ansam dedit. Saepissime in N. T. hoc sensu occurrere ασθετικαι, vel tironibus notum est. Conf. v. c. 2 Cor. II, 30. cap. 12. 5. 9. 10. Sed non solum nihil obstat, quominus comma 27. eo quem indicavimus modo explicetur, verum etiam (5) idoneis de causis hanc ejus expositionein, quam e comparatione cum comm. 5 - 16. satis jam confirmauimus, vnice veram esse judicamus. Nam si πνευμα intelligamus de Spiritus S. persona, fateri cogemur, parum apte et ad rem accommodate Apostolum scripsisse: Deus qui scrutatur corda (nempe cordo hominum) nouit quid desideret Spiritus Sanctus. Sin vero de Spiritus S. operatione, qua preces piis hominibus suggesterit, πνευμα accipere velimus, infitias ire non poterimus, supra quam dici potest frigide rationem, cur Deus has preces audiat, adiectam esse hanc: quoniam κατα θεον h. e. κατα τὸ θελημα θεον (I Io. 5, 14. 2 Cor. 7, 9. 10) diuinae voluntati consentienter deprecatur pro sanctis. Quasi vero preces ab ipso Spiritu S. fidelibus suppeditatae possent esse voluntati Dei non conuenientes. Quin opus plane non erat, vt apostolus argumento quodam allato probaret id, vuod nemini dubium videri poterat: Deum nosse et exandire eas preces, quas supernaturali modo Spiritus S. ipse sanctorum cordibus inspireret. Contra ea aptissime Apostolus, ex nostra sententia monet, Deum certissime audire preces, immo tacita suspiria, fidelium, quoniam homo spiritualis (reduplicative, vt in scholis loquuntur,) et tantum desideret, quae fint κατα θεον: hancque nouam animi per Euangelium emendatiōndolem, in precibus Christianorum conspicuam, tanto-pere placere Deo, vt commode intercessoris nomine insigniri ea possit, qua deprecatrice impetrēmus quae a Deo petimus. (6) Non est quod quicquam objiciat, duriusculam videri istam translationem, qua animi quae-dam conditio deprecatoris aut intercessoris nomine veniat. Nam durior non est quam illa, qua vs. 16. eadem haec animi indeoles testimonium dicere perhibebatur, aliaeque inumerae a scriptoribus tam sacris quam profanis usurpatae. (7) Si commate 27. πνευμα denotat animi regeniti indeolem, procul omni dubio haec vocabuli significatio obtinet etiam commate 26. *).

B 2

Nam

¶ Possimus nostram comm. 26. et 27. interpretationem plurim commentatorum, magna saltim ex parte nobiscum consentientium, suffragiis confirmare, si autoritatibus quidquam tribuendum esse putaremus. Ne tamen tironibus profrus nova et inaudita videatur, paucis monemus; e veteribus nobiscum facere THEODORVM, et ex parte etiam CHRYSOSTOMVM, cuius serinia, vt solet, compilauit IOANNES DAMASCENVS. E recentioribus laudamus tantum LIMBORCHIVM, HARDVINUM, S. R. MOLDENHAVERVM, Ven. LYCKHEMIVM in libello qui inscribitur *von den übernatürlichen Gnadenwirkungen*. Erlangae 1775. p. 680. seqq. Conf. etiam b. MOSHEMI Sittenlehre tom. 5. p. 340. Plures consulto praetermittimus.



Nam non solum τοῦ φρεσματος respicit, ut docuimus, σεναγμένος quibus πνευμα pro nobis deprecatur, verum etiam eadem res iisdem verbis comm. 26. de πνευματi praedicatur, quae simillime comm. 27. πνευματi attribuitur, nempe τοῦ ἐπιγράφει τὸ πνευματος significatio; certe etiam in priori admittenda est, in formula τοῦ πνευματος οὐατίλαμβανεται ταῖς αὐθεντίαις ἡμων: tum quia illud aucto in particula posterior lectorem remittit ad πνευμa proxime antecedens; tum quia pars segmenti posterior destinata est declarando modo, quo πνευμa nobis succurrat, scilicet deprecando pro nobis apud Deum. Tandem (8) illustrati posset nostra oraculi hujus Paulini interpretatio e locis Ioanneis duobus i Epist. cap. 3, 19 - 22.. coll. vi. 24. et cap. 5, 14. 15. Sed spatii angustia ab accurriore Pauli cum Ioanne comparatione intercludimur.

Atque sic excussum loca hujus capitatis omnia, in quibus vocabulum πνευμa reperitur. Vos vero, CIVES CARISSIMI, per festos hosce dies sedulo Vobiscum reputate, tum quam tristis sit conditio eorum, qui prauis cupiditatibus seruos se addicunt, tum etiam quam ingentia praemia proposita sint his, qui spiritu Dei atque Christi agendos regendosque se tradunt. Frequentes confluite ad ea loco, vbi Euangelium, per quod spiritus ille, quem descripsimus, in animis Vestris et procreari et ali potest, publice proponitur; Vestrarumque partium esse mementote, gratam Vestram erga praecones hujus Evangelii mentem re atque factis probare.

P. P. ipso die Pentecostes cl. 10 cclxxvii.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn819246530/phys_0017](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn819246530/phys_0017)

DFG


F Reppien



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn819246530/phys_0020](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn819246530/phys_0020)

DFG



n, quae in suscitando Christo se exseruit. Vt enim
Saluatoris nostri palmarium est fidei nostrae obiectum,
maximum eius fundamentum est. Quamobrem Paulus
statutus i Cor. 15, 14. 17. si Christus non resurrexerit,
est fides vestra, et vos adiuc in peccatis vestris eis,
primum veniam neutquam impenitentiam, sed ~~re~~geat potius
~~eu~~ ~~ταὶς ἀναγνώσεις~~, quae verba mirifice illutrant ea,
deutum ~~ἐγωνομέτε σου τῷ Χριστῷ οὐτοις θεοῖς~~ scripsi-
tere in sacris litteris, præsertim apud diuum Paulum,
s repetitum legimus, fidem Christianorum esse fidem
Christum e mortuis suscitauit, v. c. Rom. 4, 24. cap.
1 Thess. 4, 14. 1 Petr. 1, 21. atque huic fidei iisdem
et tribuitur etiam hoc, quod iustificemur, siue, quod
viviscemur, cum Christo in vitam revocato; quem-
braham quoque Paulus iustificatum esse tradit pro-
d credidit in eum, qui mortuos in vitam reducit, vid.
7. coll. 22. Ex quibus omnibus patet, analogiae
et doctrinae Paulinae apprime consentaneam esse
culi, fatis iam pro instituti ratione declarati, inter-

n nunc est, CIVES CARISSIMI, ingentem summorum
i numerum, quae Saluatori nostro Optimo Maximo
rectioni et in coelum ascensioni accepta ferimus, se-
e meditari. Neque sane beneficiorum illorum minima
est Spiritus Sancti super Apostolos effusio. Ipsi enim
ster teste Ioanne cap. 16, 7. docuit, hanc ipsam ob-
sumum discipulis suis fore suum ad Patrem redditum;
nisi rediret ipse in coelum, Spiritum hunc esse ven-
post abitum suum ad Patrem certissime se eum esse
n. Atque si vel nullum aliud extaret infinitae, quam De-
minodo exseruit potentiae documentum, quam hoc, quod
rectores die experti sunt; tamen hoc solum immeniae
iae ambiguum abunde monstrarer, atque simul diuini
fauoris